



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola LIII. Ioannis Papae VIII. Ad Anspertvm Et Antonivm Episcopos. Vt
Rauennam ad Synodum accedant; quod nisi paruerint, minatur eos se
excommunicaturum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

riofī præfecturii adesse præsentiam cupimus. Et vt agatur solertiam tuam fatagere flagitamus. Quod si adeo idem dux secundum duritiam suam, & cor impœnitens thesaurizat sibi iram in die iræ, vt aut protelare, aut penitus suæ ipsius & multorum salutis causam contemnere velit, & hoc ipsum statim cognoscere cupimus: quoniam nobis nec humanum, nec diuinum deficiet prorsus consilium & auxilium; quod plane reddet ei secundum opus suum, & secundum fructum adinventionum suarum toto corde desiderant, in aduentu illius exultent: quia & omnipotens Deus blandus iustis, & terribilis apparet iniustis. Vestra itaque dilectissima caritas deuotissimam se super hoc nobis exhibeat, & quousque vires suppeditant, laborare non cesset, vt dum vestris hortatibus hæc nostra postulatio ad effectum peruenerit; dignas vobis gratias referamus, & apud sanctos apostolos in orationibus nostris memoriam habeamus. Data III. Kalendas Iunii, indictione x.

EPISTOLA LIII.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD ANSPERTVM ET ANTONIVM EPISCOPOS.

Vt Rauennam ad Synodum accedant; quod nisi paruerint, minatur eos se excommunicaturum.

*Ioannes episcopus Ansperto Mediolanensi archiepiscopo,
& Antonio episcopo Brixienti.*

QVIA diuersis ac multiplicibus ecclesias Dei nobis commissas incommodis perturbatas, rebusque propriis incunctanter priuatas, & earum antistitum honorem diminutum fore videmus; ipsarum, secundum Apostolum, ^{2. Cor. 11.} sollicitudine quotidiana compulsi, necessario rati sumus pro illarum statu, ac pristina redintegratione generalem, Deo fauente, Synodum celebrare: quam secundum antiquam consuetudinem cum Romæ agere debuissimus, non recusantes tanti laborem itineris; pro suauitate tamen venerabilium confratrum nostrorum episcoporum, quos in consortium nostrum literis missis asciuimus, octauum Kalendarum Iuliarum, Rauennæ, auxiliante Domino, eri-

Antiqua
consuetudo
Romæ Con-
cilia cele-
brandi.

mus procul dubio celebraturi. Ad quam videlicet fraternitatem vestram omni occasione postposita, omnique tarditate prætermiſſa his præſentibus venire iubemus a-
picibus, quatenus communi multorum fratrum noſtro-
rum conſenſu atque decreto eccleſia Dei nobis commiſſa
propriæ dignitatis iura, quæ a quibuſdam inique agenti-
bus ſunt uſurpata, ſub integritate recipiente, malorum
omnium tandem ſecuri effecti, miniſterium pontificale,
quod nimirum pro gregis dominici nobis commiſſi ſalu-
te, Deo largiente, ſuſcepimus, ut dignum eſt glorificare
poſſimus. quapropter iterato te ſermone ad eandem, ut
dictum eſt, Synodum venire præcipimus. Nam ſi præfato
die ad ipſum venerandum Concilium quoquomodo pro-
perare forte contempſeritis, & pro eccleſiæ Chriſti Dei
noſtri utilitate, quæ inſtanti tempore plurimum eſt neceſ-
ſaria, debitum nobiſcum laborem ſumere ſpreueritis; ſcia-
tis pro certo communionis noſtræ futurum nullo modo
eſſe conſortes, ſed potius canonicæ auctoritatis cenſura,
ut pote tranſgreſſores improbos, ferendum atque dam-
nandum. Optamus reuerentiam veſtram in Chriſto bene
valere. Data VIII. Kalendas Iunii, indiſtione X.

EPISTOLA LIV.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD CAROLVM CALVVM IMPERATOREM.

Auxilium contra Sarracenos implorat, qui deuaſtata
Campania, omnia Romæ ſuburbana
depopulabantur.

Ioannes epiſcopus ad imperatorem.

DIVINA ideo maietas excellentiam veſtram præ cete-
ris elegit Romani imperii altitudine ſublimare, Au-
guſtaliſque voluit diademate coronare, ut Deo noſtro cle-
menter auxiliante potentia veſtræ brachio triumphali
eccleſiam Chriſti voce ſupra petram veræ fidei fundatam
tueremini ſemper, & ab immani crudelique Paganorum
infeſtatione, qui nos iam more latronum vndique circum-
dantes omnia noſtra igne gladioque deuaſtant, pio mentis
defenderetis intuitu. Sed quia nobis procul exiſtentibus,
tot dura & importabilia, pro quibus iam veſtram Augu-